BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 256r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Discubuerunt ergo uiri numero
quasi quinque milia. Accepit ergo ihe
sus panes. et cum gratias egisset dis
tribuit discumbentibus. Similiter
et ex piscibus quantum uolebant. Ut
autem impleti sunt dixit discipulis suis
Colligite que superauerunt fragmen
ta ne pereant. Collegerunt ergo
et impleuerunt duodecim cophinos
fragmentorum. ex quinque panibus
ordeaceis. et ex duobus piscibus que
superauerunt his qui manducaue
rant. Illi ergo homines cum uidis
sent quod fecerat signum dicebant
Quia hic est uere propheta qui uen
turus est in mundum. Ihesus ergo
cum uidisset et cognouisset quia uen
turi essent ut rapent eum et facerent
eum regem. fugit iterum in montem
ipse solus. Ut autem sero factum est.
descenderunt discipuli eius ad mare
Et cum ascendissent nauim uene
runt transmare in capharnaum
et tenebre iam facte erant et non
dum uenerat ad eos ihesus. Mare
autem uento magno flante exurgebat.
Cum nauigassent ergo quasi stadia
uiginti quinque aut triginta. uident
ihesum ambulantem super mare
et proximum naui et timuerunt. Ille
autem dixit eis. Ego sum nolite timere
Voluerunt ergo eum recipere in na
uim. statim fuit nauis ad terram
qua ibant. Altera autem die turba que
stabat transmare uidit. quia alia
nauicula non erat ibi nisi una et quia
non introisset cum discipulis suis ihe
sus in nauim. sed soli discipuli eius

abissent. alie uero naues superuene
runt a tyberiade iuxta locum ubi
manducauerant panes. gratias
agentes domino deo. Cum ergo
uidisset turba. quia ihesus non esset
ibi neque discipuli eius. ascenderunt
in nauiculas. et uenerunt caphar
naum querentes ihesum. Et cum
inuenissent eum transmare dixerunt
ei. Rabbi. quando huc uenisti. Re
spondit eis ihesus. et dixit. Amen amen
dico uobis. queritis me non quia ui
distis signa. sed quia manducastis
de panibus. et saturati estis. Opera
mini non cibum qui perit. sed qui per
manet in uitam eternam. quem filius
hominis dedit uobis. Hunc enim
pater signauit deus. Dixerunt ergo
ad eum. Quid faciemus. ut operemur
opera dei. Respondit ihesus et dixit
eis. Hoc est opus dei. ut credatis
in eum quem misit ille. Dixerunt
ergo ~~illi~~ Quod ergo tu facis signum
ut uideamus et credamus tibi. Quid
operaris. Patres nostri manducaue
runt manna in deserto. sicut scriptum
est. Panem de celo dedit eis man
ducare. Dixit ergo eis ihesus. A
men. amen. dico uobis. non moyses
dedit uobis panem dedit uobis panem
de celo. sed pater meus dat uobis
panem de celo uerum. Panis enim
uerus dei est. qui descendit de celo
et dat uitam mundo. Dixerunt
ergo ad eum. Domine da nobis
semper panem hunc. Dixit autem eis
ihesus. Ego sum panis uiuus qui
uenit ad me non esuriet. et qui credit

256